



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon  
Prussiae**

**Petrus <de Dusburg>**

**Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679**

Cap. CCLXVIII. De Vastatione terrae Carsoviae.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11850**

Sigefridus à Feuchtwangen XII. Mag. Gen. Ord. Teut.

Conradus Sak XVI. Magister Prov. in Prussia.

sed rejecta omni pertinaciâ, dedit ei quamcunque vellet assu-  
mendi religionem liberam facultatem: Ostentâ sic licentiâ, se-  
cessit ad partes Prussiæ & facta professione in Ordine domus  
Teutonicæ, sicut antea in seculo existens conterraneos suos ma-  
litiâ præcedebat: ita nunc in religione fratres cæteros virtuti-  
bus excedebat. Hic quodam tempore dum in Infirmitate gra-  
vi laboraret, vidi unum Judæum & alium Christianum in habi-  
tu (a) bacchardorum, unum à dextris suis, alium à sinistris, stan-  
tes & disputantes de articulis fidei, & dum Judæus ipsum vicisset  
ait: Henrice audisti nunc quia fides tua te salvum facere non  
potest, crede ergo fidem Judæorum. Respondit frater Henricus:  
Ego credo in Deum Patrem omnipotentem, & cætera, quæ in  
Symbolo Apostolico continentur, & statim disparaerunt.

#### ANIMADVERSIO.

(a) Bacchardorum, fortasse Bacheloriorum sive Baculariorum i.e. inter se  
concertantium militum. Quæ voces occurrunt apud Matthæ-  
um Parisiensem aliasque plurimos. Vid. Wilhelmus Watsius in  
*Glossario ad Matth. Parisiensem*. De Academicis etiam Baccalau-  
reis intelligi posset. De quibus hoc tantum notat Watsius: Ba-  
culos in dextris portare, olim Philosophorum fuisse insigne: πόδων πα-  
την διξιά φέροντες οἱ φιλόσοφοι. Chrysost. hom. 19. ad popul. Antioch.  
Conf. & Vossius lib. 1. de Vitiis serm. Cap. XIX. pag. 77.

#### CAP. CCLXXVIII.

De

#### Vastatione terræ Carsoviæ.

Hoc anno in hyeme frater Conradus  
Magister cum maximo Exercitu in-  
travit terram Carsoviæ, & quia ductores  
erraverant in via, infideles præmuniti fu-  
gerant ad tutâ locâ. Unde præter incen-  
dium

Anno Domini MCCCIII.  
Bonifacius Papa Alber-  
tum Regem Romanorum  
in Imperatorem confir-  
mat, & eidem Regnum  
Franciæ subjecit, quod ta-  
men

Xy

men

Sigefridus de Feuchtwangen XII. Mag. Gen. Ord. Teut.  
Conradus Sak XVI. Magister Provinc. in Prussia.

dium magnum, quod fecit in ædificiis, paucos homines cepit & occidit, & fixis tentoriis ibi pernoctavit. Tandem cum transiret cum Exercitu glaciem per stagnum Curoniense, miranda res ibi apparuit. Tantæ teneritudinis fuit glacies, quod elevabatur & deprimebatur, sicut aqua in tempestate vento validè agitata vadit in altum & in bassum. Unde populus nunc ascendit glaciem, quasi montem; postea descendit, ut in vallem; ita tamen quod nullus homo ibi submersus fuit Domino protegente. libertatus, Romam dicitur, & in sede S. Petri locatus post modicum finem temporis expiravit.

men Clemens Papa V. postea revocavit.

Eodem anno inter Galicos & Flandrenses magna strages facta sunt, & ex utraque parte plurimi ceciderunt.

Eodem anno in principio mensis septembris apud Anaginam in loco scil. nativitatis sue Papa Bonifacius capitulatur, totus que thesanus Ecclesie dissipatur. Sed tandem per Civites dictæ Civitatis

## CAP. CCLXXIX.

*De*

### Vastatione terræ Luboviæ & morte XV. Lethovvinorum.

Eodem anno quinquaginta viri de Lethovia latrunculi intraverunt terram Luboviæ, qui præmisserunt virum unum scientem lingvam polonicam, ut statum terræ diligentius exploraret, & dum reversus diceret, quod nullus de adventu ipsorum aliquid sciret, deprædaverunt multas villas, captis & occisis pluribus Christianis. Dum autem recederent, divisserunt se in duas turmas, ad quarum unam fratres de Christburg venientes, interfecerunt XV.. Lethovvinos

Anno Domini  
MCCCIII. Benedic tus Papa XI.  
de ordine fra  
trum Prædicato  
rum & Alber  
tus Rex Roma  
norum regnat.